



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

85 De Canonicis Cathedralivm Et Collegiatarum ecclesiasticarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

in superioribus etiam partim memoratum est.

DE CANONICIS CATHEDRALIVM ET COLLE
giatarum ecclesiasticarum.

Parrochis, reliquisq; religiosis personis, & PRIMVM, Q
INIQVIS NEXIBVS EPISCOPI ET PRAELATI A
suis adstringantur Capitulis.

Illicitum est & hoc, planeq; iniquum, q; Canonici Ecclesiarum 85
rumq; cathedralium praeminentiores, quorum in manu pos
tior ecclesiasticorum iudiciorum Synodorum, ac censurarum
pars sita est; reliquisq; collegiatarum ecclesiarum canonici,
quibus eligendi superiorem potestas est, nullum in Episcopum,
seu praelatum eligunt, nisi se prius iureiurando astrin
xerit, planeq; deuouerit; literis quoq; interdum, instrumentisq;
sigillo probe munitis cauerit, ipsis ipsorumq; ordinan
tis iudicibus ac officialibus in nullo utcumq; graui, vel in
honesto, intolerabiliq; proposito, se contrarium fore. Ac si qua
do eos delinquere contigerit, impune eis per ipsum, ut hoc
sibi liceat.

DE NON FERENDIS VLTRA ONERIBVS, QVI
bus misera plebs pro Sacramentorum administratiōe grauatur.

Plerq; item parochiales ecclesiae, monasterijs, prelati, 86
alijsq; ecclesiarum curatarum rectoribus, incorporationis,
ut vocant, seu alio quopiam iure, subditae sunt; quas & si ipsi
iuxta canonum constitutiones, per sese providere teneantur,
ubi alijs elocant gubernandas, beneficiorum dotem, ac decimas,
plerumq; sibi ipsis reseruant; & praeterea tam enormibus
absentiarum pensionibus grauāt atq; onerant, ut conducticij
isti parochi, eorumq; vicarij, viceplebani, facellani, co
adiutores, caeteriq; conductarū ecclesiarum administratores,
competentem sustentationem, decentiaq; alimenta inde habere
nequeant; quo fit, (nam vnde conducticij isti pastores
& mercenarij, viuant, habeant oportet,) ut illicitis exactio
nibus, locatas sibi ouiculas, misere depredēt, dilaniēt, oēmque

G ij